

ΔΙΑΤΑΞΗ ΓΙΑ ΤΟΥΣ ΚΑΤΑΒΑΛΟΜΕΝΟΥΣ ΑΠΟ ΤΟΥΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ ΤΟΥ ΝΕΓΡΟΠΟΝΤΕ ΦΟΡΟΥΣ
Βενετία, 1414, 4 Σεπτεμβρίου

«Ser Paulus Truno, ser Andreas Mauroceno, sapientes ordinum.

Capta.

Cum per ordines nostros, et consuetudines antiquitus observatas, Iudei Insule nostre Nigropontis, tenerentur solver omni anno, pro diversis causis, yperpera quingenta, vel circa de quibus certa pars perveniebat in nostro comuni, et residuum erat pro certis regaliis, quas solvere tenebantur. Et postea in isto consilio captum fuerit, quod ipsi Iudei solvere deberent iperpera mille in anno, et de primis iperperis V centum nulla fuerit facta mentio, tamen regimen nostrum Nigropontis, ut fertur, cognoscens impossibilitatem Iudeorum prefatorum distulerit exigere dictos primos denarios videlicet yperperos CCXL. Et pro parte ipsorum Iudeorum huc accesserit unus Iudeus supplicans, ut considerata eorum paupertate, Nam pro maiori parte sunt servi, sive vilani, dignaremur providere, quod non habeant tantas gravedines, quia illas supportare non possent; Vadit pars, consideratis predictis, quod auctoritate huius consilii, ordinetur, quod ipsi Iudei de cetero solver debeant iperperos mille in anno, solvendo illa in duobus terminis, videlicet in capite quorumlibet sex mensium medietatem, sicut in parte capta super hoc serius continetur. Et similiter solvere debeant regalias solitas, videlicet pro custodia compane horarum, pro vexillo, sive confalono Sancti Marci, et pro illis iperperis octuaginta pro galeis, que dantur omni anno Regimini, que capiunt summam circa iperperorum CCL in anno et residuo sint totaliter absoluti, Declarando, quod de tempore elapso a tempore quo fuit imposita dicta impositio iperperorum mille citra, sint absoluti a dicto residuo, si illud iam non solvissent per elapsum usque in presentem diem.

*De parte ... omnes alii de non ... 3
non sincere ... 2»²⁷⁴.*

260

1412-1487. Διοικητικά έγγραφα από το αρχείο του Συμβουλίου των Δέκα της Βενετίας αναφερόμενα στους Έλληνες της Βενετίας [λ, ι].

N. Moschonas, «I Greci a Venezia e la loro posizione religiosa nel XV° secolo. Studio su documenti veneziani», *Ο Έραμιστής* 5 (1967), σσ. 126-137, αρ. 1-12²⁷⁵.

261

1412-1678. Απόφαση της βενετικής Συγκλήτου και του Συμβουλίου των Δέκα. Βενετία [λ, ι].

274. σσ. 73-74, αρ. 626.

275. Το υπ. αρ. 1 έγγραφο έχει επανεκδοθεί στο S. Birtachas, «Il clero Greco-ortodosso a Venezia. Dal papas-Michalis e san Biagio fino all'arcidiocesi d'Italia», *Δημόσια Ιλαρία*, σσ. 97-98, αρ. 1 (πρβλ. επίσης και λήμμα 261 του παρόντος). Το υπ. αρ. 6 και 8 έγγραφα έχουν επαναδημοσιευτεί και στο Τσιχνάκης, *Venetiae quasi alterum Byzantium*, σσ. 557-558, αρ. 2 και σσ. 559-560, αρ. 4 (πρβλ. σχετ. λήμμα 42 του παρόντος).

S. Birtachas, «Il clero Greco-ortodosso a Venezia. Dal papas-Michalis e san Biagio fino all'arcidiocesi d'Italia», *Δημόσια Γλαρία*, σσ. 97-98, αρ. 1· σσ. 100-101, αρ. 4.

262

1413-1416. Αποφάσεις του Μεγάλου Μαγίστου της Ρόδου και του Συμβουλίου του. Άγιον Όρος, Ρόδος [λ].

A. Luttrell, «The Earliest Documents on the Hospitaller Corso at Rhodes, 1413 and 1416», *Mediterranean Historical Review* 10 (1995), σσ. 186-188, αρ. 1-2 (= Luttrell, *The Hospitaller State on Rhodes*, αρ. VIII).

ΑΔΕΙΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ ΤΗΣ ΡΟΔΟΥ ΣΕ ΙΠΠΟΤΕΣ ΤΗΣ ΓΛΩΣΣΑΣ ΤΗΣ ΓΑΛΛΙΑΣ
ΝΑ ΑΣΚΗΣΟΥΝ ΠΕΙΡΑΤΕΙΑ ΣΕ ΒΑΡΟΣ ΠΛΟΙΩΝ ΤΩΝ ΑΠΙΣΤΩΝ.
ΕΞΑΙΡΟΥΝΤΑΙ ΤΑ ΚΑΡΑΒΙΑ ΤΩΝ ΜΟΝΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΟΡΟΥΣ

Ρόδος 1413, 14 Απριλίου

«Fr. Lucius de Vallinis [sacre domus hospitalis sanctj Johannis Jherosolimitani humilis marescallus et locumtenens Reverendissimj in Christo patris et domini domini fratris Philibertj de Nahlhaco de gratia eiusdem sacre domus magistri dignissimi pauperum Christi custodis] Religiosis in Christo nobis carissimis fratribus Johannj de Pietris et Richardo de Pontailier preceptor Dansigny lingue nostre Francie Salutem in domino. Sperantes quod per strenuitates vestras Dej et patronj nostrj juvamine mediante viriliter gerere debeatis contra Infideles Inimicos Religionis nostre, aduersus quos magnj feruore affectu adire pro honore sancte fidei Orthodoxe et nostre Religionis. Idcirco licentiam vobis assensum pariter et consensum, armandj quandam galiottam vestram, et cum ea nauigandj et remigandj ac guerram contra Infideles Inimicos Religionis nostre ac eorum subiectos et subditos, detractis calogeris montis sanctj, et eorum bonis quibus in aliquot non jntendimus agrauare seu dampnificare per vos seu aliquem vestrum, et quidquid de ipsis seu eorum Rebus ceperitis ad vestrum beneplacitum faciendj de voluntate consilio et assensu Religiosorum in Cristo nobis carissimorum dominorum fratrum baliuorum et procerum nostrj conuentus Rodj concedimus et Impertimur Cum tali prerogatiua ut in consequendo muneribus et beneficijs nostre Religionis habeaminj ac si essetis personaliter in conuentu Rodj residentes de voluntate et assensu pillerij ceterorumque fratrum lingue Francie in conuentu Rodj degentium, mandantes vniuersis et singulis subditis nostris, ac non subditos sed amicos nostros obsecremus, ut in hijs vobis nostrj contemplatione, auxilium consilium prebeat et iuvamen.

Datum Rodj sub sigillo nostro quo in talibus vtimur. die xiiij mensis aprilis. Anno a natiuitate dominj m° iiij^{xiij}»²⁷⁶.

276. σσ. 186-187, αρ. 1.